Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missale - Cod. Aug. perg. 180

[S.l.], [14. Jahrh.]

Communicantes

urn:nbn:de:bsz:31-61179

Visual Library

C In die natiuitatis dni et per octauas infra actio-
ommunicantes et diem sacratissimum celebrantes
in qua bte marie intemerata virginitas huic mundo edi
dit saluatorē. Sed et memoriā venerantes inprimis eiusdē
semp virginis marie genitricis eiusdē dei et dni nri ihu xpi
C ommunicantes et In epiphia dni et per octauas infra act.
diem sacratissimū celebrantes quo unigenitus tuus in tua
tecū gloria coeternus in veritate carnis nre visibilit' corp
alis apparuit Sz et memo- ut sup In die resurrectionis
C ommunicantes et diem sacratissimū et per oct' infra act.
celebrantes resurrectionis dni nri ihu xpi secundū car
nem Sz et memo- ut- as H anc igit' oblatoem seruitu
tis nre. sed et cuncte familie tue quā tibi offerimus pro
hys quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spu
sancto tribuens eis remissionē om peccatorum. Quesumus d.
C ommunicantes In ascensione dni et per oct' infra act.
et diē sacratissimū celebrantes quo dns nr unigenitus
filius tuus unitam sibi fragilitatis nre substantiā in
glorie tue dextera collocauit Sz et memo ut-
C ommunicantes In die pentecostes et per oct infra act
et diem sacratissimū celebrātes. quo sps sanctus aplis in
innumeris linguis apparuit Sz et me- H anc igit.
ut in die resurrectionis ymnus angelicus
G loria in excelsis deo Et in terra pax hoib; bone volū
tatis laudamus te bndicimus te Adoramus te Glorifi
camus te Gratias agimus tibi propter magnā gliā tuā Dne ds

Canonem minorem reperias folio primo voluminis huius ante officium andree apostoli

rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili unigenite iesu christe.
Spiritus et alme orphanorum paraclite. Domine deus agnus dei filius
patris. primogenitus marie virginis matris. Qui tollis peccata
mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram
Ad marie gloriam. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis.
Quoniam tu solus sanctus Mariam sanctificans. Tu solus dominus Mariam
gubernans. Tu solus altissimus mariam coronans. iesu christe. Cum
sancto spiritu in gloria dei patris. Amen. Symbolum

Credo in unum deum. Patrem omnipotentem factorem celi et terre
visibilium omnium et invisibilium. Et in unum dominum ihesum christum
filium dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum
de deo lumen de lumine deum verum de deo vero. Genitum non
factum consubstancialem patri per quem omnia facta sunt. Qui propter
nos homines et propter nostram salutem descendit de celis. Et incar
natus est de spiritu sancto ex maria virgine et homo factus est. Cru
cifixus etiam pro nobis sub pontio passus et sepultus est. Et re
surrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in celum
sedet ad dexteram patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare
vivos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in spi
ritum sanctum dominum et vivificantem. Qui ex patre filioque pro
cedit. qui cum patre et filio simul adoratur et conglorificatur.
Qui locutus est per prophetas. Et unam sanctam catholicam et apo
stolicam ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remis
sionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et
vitam venturi seculi. Amen.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg